

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2684

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

77

## HIEROGRAPHICI.

78

num trium *Puerorum* excipit *Ambrosianus*, tum *Canticum Zachariae*, et dissimulato *Magnificat* et *Nunc dimittis* statim *Symbolum Athanasii*, quod inscribitur *Fides Catholica*. Abhinc *Litaniae* OO. SS. quae unica oratione clauduntur, in qua Deo commendantur *abbates nostri seu omnes congregationes illis commissae*. Aderant deinceps, ut conjicio, *Officium de B. V. M. et pro Defunctis*, sed haec relicta sola deaurata *Litera*, cui inscriptum: *Domine labia mea aperies*, studiose abrafa sunt, relicto solo posterioris *Officii* fine. Cur ita? *Αδελφον*.

## LVI.

R. 2012 Codex membranaceus lat. Sec. XII. Folior. 185. 8. luculente et bene perscriptus, minioque distinctus *Psalterium Davidicum* est ex usu Ecclesiae adhaerentibus, uti solent, nullo ordine *Canticis Biblicis*, *Hymno Ambrosii*. *Symbolo Apost.* *Oratione Dom. et Fide Athanasii*, denique *Litaniis* OO. SS. quarum tamen non nisi *Initium* superest, toto *Codice* non optime habito.

## LVII.

R. 3037 Codex membranaceus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 186. f. per duas columnas caractere graecidi elegantior exaratus, coloribus ornatus, et olim *Monasterij S. Dorotheae virginis Vienne*, *Psalterium Davidicum* est versiculatim latinum et germanicum. En *Psalmm* I.

versionis Specimen. Der selich man, der engie nicht nach der ubelen rat. noch entstund an der sunder wegen. vnd ist auf des sterben sessel nicht gessessen. Sunder an der e des herren was sein willen. vnd an sein e gedacht er nacht vnd tage. Vnd wirt als daz holze, daz gepblanzet ist bei der wasser lauf. daz sein wucher gibt ze seiner zeit. Vnd sein blat verfluzet nicht, vnd alleu sein werch ergent wol. Nicht so die ubelen nicht so! sunder als der staub, den der Wint ab der erde wet. Dar umb erstent die vbeln in dem gericht nicht, noch die sunder in der rechten rat. Wand der herre erkennet der rechten weg, vnd der vbeln phat veruert. *Psalmo II.* singularia sunt: fremuerunt vndultent, in margine *grisgrament*. Gentes die Diet. Subfannabit eos wirt seu reitzent. In furore unfticlich. Terminos terrae dev gemerch der erde. In virga ferrea mit der yfmen gerte. Vas figuli das uaz der bauener. Exultate ei cum tremore. Seit im fro bibend. Interpretem non satis latine doctum fuisse produunt ultima: Cum exarferit in brevi ira ejus, So er enbrinnet an seinem churcem zorn. &c. Fol. 168. p. 2. sequuntur *Cantica biblica*, *Hymnus Ambrosianus*, *Fides Athanasiana* et *Litaniae* OO. SS. in quibus multi in *Germania* culti invocantur; *Rupertus* tamen et *Virgilius* abest. Plurima ex hoc *Codice* *Glosse* mata legi posse, non est, quod *moneam*. Ita *chaphen* (gaffen) suspicere; *bonchustig* dolofus, *Ufrunst* ortus solis, *Sedelganch* Occafus, quod

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 2684

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

quod Anglico *to Settle et Sunset* adfine.

LVIII.

R. 1542

Codex membraneus lat. germ. Sec. XIII. Folior. 198. 4. maj. valde eleganter exaratus, rubricis distinctus, literaque principali maxima deaurata et picturata insignis, quondam Collegii S. J. *Graecensis* in *Styria* complectitur praemisso *Calendario Psalterium Davidicum* cum *Canticis* biblicis et *Precibus*, et *Hymnarium* superposita inter lineas singulis vocibus interpretati-

Saliger der man der niht gie in dem rate der ubelen unde an dem wege der sündare niht  
*Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non*  
 stant unde an dem stule der suchte niht saz. Sunder in der é gottes  
*stetit. et in cathedra pestilentie non sedit. Sed in lege domini &c.*

Uberem hic *Glossarum* messem esse, facile quis sibi persuadebit, eamque, dum in *Graecensi* Collegio degeret, auxit Vir plurimarum literarum *Guil. Brinkius* nunc *Annaeo Gymnasio Viennae* Praefectus; e Codice enim biblico *Salisburgi* 1469. exarato variam lectionem signavit in margine, quam exempli caussa per aliquot *Psalmos* hic juvat adscribere. *Pf. I.* fecus decursus, *bi der runste*, *Salisb. bei dem Ablauf.* Prosperabuntur, *daz wirt frastmütich*, *Salisb. die werdent geluksam.* Pulvis, *der stovb*, *Salisb. das gestupp.* Iter, *die vart*, *Salisb. der Steig.* *Pf. II.* Convenerunt in unum, *chomen zesamene*, *Salisb. sammeten sich in ain.* Subfannabit, *beskerenet*, *Salisb. verunwirdiget.* In furore suo, *in herzmüte sin*, *Salisb. in seiner tobheit.*

one germanica ab eadem manu. In *Calendario* Festum S. *Blasii* 3. *Febr.* celebratur cum Octava, S. *Oswaldus* 5. *Aug.* miniatus est, *Martio* *Cumegundis*, *Zacharias* Proph. *Longinus*, *Gerdrudis*, *Joseph* tardius accessere, ad 4. *Octobr.* in margine a prima manu adjectum: *Gebolf de secawe*; unde, quemadmodum etiam e dialecto interpretis, probabile fit, Codicem in *Styria* aut *Carinthia* scriptum fuisse. Ut autem Specimen ex illo proferam, *Psalterium* ita dispositum est:

Cum tremore, *mit pibenunge*, *Salisb. mit klopfen.* Qui confidunt in eo, *die da getruwent an ime*, *Salisb. die sich versehent an in.* *Pf. III.* Non est salus ipsi in deo eius, *niht ist heil ir in got ir*, *Salisb. ir ist nit behalt sam an iren got.* Ego dormivi et soporatus sum, *ich stief unde entsniphbet was*, *Salisb. ich stief und mich schluffert.* Salvum me fac, *geheilige mich*, *Salisb. mach mich behalten.* Contrivisti, *ze multest du*, *Salisb. du hast zermüscht.* Salus, *das heil*, *Salisb. die behalt sam &c.* Singulae *Psalmoreum* *Quinquagenae* Litera cubitali auro coloribusque illustri distinctae sunt.

Fol. 132. p. 2. succedunt *Cantica biblica* cum *Symbolo Athanasii*, *Oratione Dominica* et *Symbolo Apostolico.* Ex his *Canticum Magnificat* adscribam: *Lo- bet*